



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1682. usque ad annum 1690

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 90119231

§. 90. Variæ Innocentii XI. & Alexandri VIII. Pontificum Constitutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67608)

Sæc. XVII.

A. C. 1689

mum ætatis annum egressa, vivis erepta est; cum autem cum Carolo Regio Marito suo sterile duxisset conjugium, hic paulopost Marianam Neoburgensem Eleonoræ Imperatricis Sororem sibi matrimonio junxit, & dotem, gemasque Aurelianensi Legato restituere coactus est. Obiit etiam Julius Franciscus Saxo Lauenburgicus Dux nullo relicto Filio, unde lites de adeunda hæreditate multæ gravesque, hunc quoque paulopost sequebatur Adolphus Joannes Comes Palatinus Rheni Bispontinus, necnon die sexta Augusti Dorothea Friderici Guilielmi Brandeburgici Electoris Vidua, & die decima quarta ejusdem Mensis Christina Carolina Daniæ Regis Filia, cujus obitum præcesserat Mariana Josepha Austriæ Archiducissa, ac Palatini Principis conjux, quæ decima quarta Aprilis mortalia explevit.

§. XC.

Variae Innocentii XI. & Alexandri VIII. Pontificum Constitutiones.

*Bullar.
magn. t. 7.*

Exiguo ante obitum tempore scilicet vigesima octava Junii die Innocentius XI. varia| adhuc edidit decreta, quibus tribunalium corruptelas tollere
sata.

fatagebat: Ejus vero Successor Alexander VIII. edita Constitutione Bullam Coenæ confirmavit, ac pro more Regulas Cancellariæ innovavit, diversasque gratias Conclavistis & Dapiferis indulgit, simulque Jubilæum promulgavit. Postea alio decreto declaratum, quod Electus in Abbatem Cisterciensem, qui non sit expresse professus hunc Ordinem, nihil juris acquirat. Denique Pontifex exemptiones a vectigalibus, aliisque oneribus publicis revocavit,

Sæc. XVII.
A. C. 1689.

§. XCI.

Plures Sacrarum Congregationum decisiones.

Præter varia SS. Congregationum decreta Sacra Concilii Congregatio die duodecimo Februarii declaravit, quod in supplicationibus peragendis extra ambitum Ecclesiarum, in expositione Eucharistiæ, Benedictione sollemni super populum, aliisque similibus, quoties intervenit licentia Ordinarii, Parochus non possit sese opponere, ne a Capellanis & Officialibus Confraternitatum fiant, quia Animarum cura & populi directio principaliter incumbit Episcopo, qui est Parochus Parochorum. Die autem decima quarta

*Decif.
S Congr.
Concil. Rit.
Etc.*

Tt 2

Martii